

Caspar Matthäus Müller    Johann Amsel

## **Theses Iuridicas De Renunciationibus**

Rostochi[i]: Weplingius, 1689

**<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn741709910>**

Druck    Freier  Zugang




Berichterstattung

Rostock.

1689.

Müller.

Amstel.



I. N. J. C.  
**THESES JURIDICAS**  
 DE  
**RENUNCIATIONIBUS**

ANNUENTE DEO TER OPTIMO MAXIMO,  
 ET  
 CONSENTIENTE MAGNIF. FACTOR. ORDINE,  
 In Academia Patria,  
 PRÆSIDE

**DN. CASPAR. MATTH.**  
**MÜLLERO, J.U.D.**

Placido Eruditorum Examini

*AD DIEM XXV. SEPTEMBR. ANN. M DCLXXXIX.*

**IN AUDITORIO MAJORI**

sistit

**JOHANN. Amstel / Rostoch,**  
 Megapol.

Ex Biblioth  
 Universitäts  
 Frider. Guil

Abgegeb  
 von der  
**BERLINER  
 UNIVERSITÄTS  
 BIBLIOTHEK**



tochl, Typis JOHANNIS WEPPLINGII,  
 Univerf. Typogr,

1789

THESES JURIDICAS  
DE

RENUNCIATIONIBUS

Universitäts-  
Bibliothek  
Rostock

DR. CASPAR MATTI  
MÜLLER, J. U. D.  
Plicis Etudicorum Examinis  
Ad Diem XXV. Septembris. Ann. M. DC. LXXIII.  
IN AUDITORIO MAJORI

JOHANN. ZUMPEL ROSTOCK.  
Męspol.

Handwritten notes and stamps in the bottom right corner, including a circular library stamp and a rectangular stamp.



ANE, quod à pueropatrios sectatus ho-  
nores,

Quòd, laudis pariter, vilus, & artis,  
amans;

Quòd Musis etiam tener invigilaveris olim,

Quòd magis ad Studium nunc agitaris idem;

Quòd THOMÆ fratri nil cesseris ornamento,

Quòd fratrum minimo calcar es atque tenor;

Jamq; quòd ingenii specimen das publicus hosti,

Et quòd, MÜLLERO Præsìde, pandis opus;

Quodque per hoc similis patri quandoq; futurus

Gaudeo, crede mihi, grator & omne tibi;

Ut, veluti dudum per nomen & ora SIBRANDI

Inclyta MÜLLERUS cœpit habere jubar,

Sic tu MÜLLERI clarescas postmodò famâ.

Sic alacris porro res, patruelis, agas.

*benivolentia atq; amoris causâ*

*f.*

GEORG Amsel / Dcus.

Scande

**S**Cande bonis avibus, Patr̄uelis, pulpita Varni  
Præside MÜLLERO, juraque sacra refer,  
Et porrò Themidos studium feliciter urge,  
Qvale patris qvondam velle, recordor, erat,  
Quod bene sit, coeptis adspiret summus Jova,  
Præmia laturus tempore justa suo!

F. Amstel / L.

**Q**ueis Te *dilaudem* numeris, per dulcis Amice?  
Qui studii fructus non sine laude capis;  
*Laudes* non scribam, cum Te, vel judice Phœbo,  
*Laudatum* Doctis exhibeat Specimen:  
Gratulor idcirco, velut & (ratiocinor) olim  
DOCTORI applaudam; Faxit id alma Trias!

*Hisce Nobiliss. Dn. Respondenti, Amico suo optimo de laudabili conatu ex animo gratulatur.*

Joachimus Ulricus Brüninge /  
Wism. L.L. Stud.





I. N. D. N. J. C.

THES. I.



Ei suæ liber moderator atq;

arbiter quilibet rectè dicitur in *L. 21. C. Mand.* Hic enim effectus domini, facere quod velis, seu libera de re dispositio. Unde Dominium definitur, quòd sit jus de re corporali perfecte disponendi eamque alienandi, *Dn. Stryk. in Annor. ad §. II. J. de Rer. Divis. & acqir. dom.*

II. Quamvis autem Rerum Incorporalium propriè sic dictum Dominium non detur. *L. 4. pr. ff. Commun. Divid.* Cum nec earum vera sit Traditio *L. 43. §. 1. ff. de Acqir. rer. Domin.* Traditionibus autem Dominium acqviritur. *L. 20. C. De Pact.* nec Possessio. *L. 32. §. 1. ff. De Servit. Pradior. Urban.* Non minùs tamen de his quoq; libera conceditur dispositio; hinc vulgatum illud: Juri suo quilibet renunciare potest *L. pen. C. De Pact.*

III. Sicut autem Libera Dispositio, quæ de rebus corporalibus cuilibet competit, nonnunquam prohibetur vel Conventionè, propter *L. 20. §. 1. ff. De Pact. Dotal. L. 48. ff. De Pact.* non obstat. *L. pen. ff. eod.* vel Lege, cujus Exemplasunt in *pr. & §. ult. J. Quib. alien. lic.* ita nec de rebus incorporalibus libera dispositio seu juris sui Renunciatio indistinctè permittitur.

IV. Hæc ut melius pateant, distinguendum est inter

A

ca

ea, quæ Jure præcipiente aut prohibente, & quæ jure permit-  
tente in favorem alicujus introducta sunt. Quæ prioris generis  
sunt, non sunt sub nostra dispositione, sed huc spectat, quod  
Jctus dicit in *L. 38. ff. De Pact.* Jus Publicum pactis privatorum im-  
mutari non potest; & in *L. Non dubium 5. C. de Legib.* Actus con-  
tra Legem gestus nullus est; Juri prohibitivo non potest renun-  
ciari. Sed hic cum Brunnem. *ad L. 38. ff. De Pact. n. 7.* distinguen-  
dum puto, an quod Lege Publicâ constitutum, principaliter, aut  
tantum publicam, an etiam privatam respiciat Utilitatem: de prio-  
ri vera sunt jam dicta, non autem semper de posteriori. Sic  
quamvis Usucapio bono publico *L. 1. ff. De Usucap.* ut litium esset fi-  
nis *L. fin. ff. pro suo.* introducta sit, quia tamen securitatem quoq;  
privatorum respicit Brunnem. *ad d. L. 38. n. 3.* ne rerum domina semper  
in incerto maneant *pr. 7. De Usucap.* pactum, ne currat Usucapio,  
cum Brunnem. *d. l.* subsistere verius dixerim.

V. Quæ posterioris generis, de his demum verum, quod  
Favori pro se introducto renunciare quilibet possit *L. pen. C. De  
Pact.* Sed cum Donationis vicem obtineat Renunciatio. Carpz.  
*p. 2. C. 46. Df. 12.* Donatio autem in dubio non præsumatur *L. Cum  
de indebito 25. ff. De Probat* imò quævis potius, quam renunciationis  
illativa interpretatio capienda sit, cum odiosa dicatur, & hinc  
strictè interpretanda Carpz. *d. l. n. 6.* ante omnia ad eam requiritur  
mentis declaratio, ultra quam non extenditur, & hinc nec ad  
incogitata trahitur, Gail. *L. 2. Obs. 98. n. 14.* Stryk *Tr. De Cauel. S. 1.  
C. 6. §. 14.*

VI. Varia hinc de Effectu Generalis Renunciationis  
disputatio; Non desunt, qui existimant, Generalem eodem gaudere  
effectu, quoad species sub genere contentas, quò gaudet Speci-  
alis, Kellenb. *De Renunc. Succes. qu. 1. n. 14.* Sed minus tuta hæc  
sententia videtur Stryk. *d. Tr. De Cauel. S. 1. c. 6. §. 2.* ne ultra men-  
tem renunciantis extensio fiat, quod naturæ renunciationis, quæ  
odiosa & hinc stricti juris est, adversatur, ut hinc rectè concludat  
Carpz. *p. 2. C. 17. Df. 1.* Generalissimam renunciationem, quæ ren-  
unciatur omni Legum auxilio & beneficio, Carpz. *d. l. n. 1.* Allen  
*Rechtlichen Behälffen und Wohitharen* Stryk. *d. l.* nihil operari. Quod  
fi ta-

si tamen Speciali renunciationi præmissæ Generalis" subjecta fuerit, non omni hæc destituitur effectu, sed trahetur ad jura verisimiliter cogitata, quæq; cum expressis similitudinem habent. Eâdem ferè ratione, quâ, qui præmissâ certorum casuum enumeratione omnes sub clausula generali in se recepit, de illis vi hujus clausulæ tenetur, qui cum expressis affinitatem habent, & de quibus adeò verisimiliter cogitavit recipiens.

VII. In Praxi recepta Clausula: Ich renuncire der gemeinen Rechts Regel / die da wil / quod renunciatio Generalis non valeat, nisi præcesserit Specialis. De cujus clausulæ vi & effectu non sine ratione dubitat Dn. Stryk. in *Tr. de Cautel. S. 1. c. 5. §. 3. in fin.* Sive enim Specialis præcesserit, frustranea erit, sive non, alium effectum, quàm generalis renunciatio habet, sibi tribuere nequit. Plane, si Generalissimâ factâ renunciatione, Juramentum subjiciatur, huic Specialis renunciationis effectum tribuit Carpzov. p. 2. C. 17. D. 5. cum & alias juramentum vim Certiorationis habere dicatur, Stryk. *De Cautel. S. 2. C. 6. §. 4.* Gail. *L. 2. O. 77. n. 9.* Et quamvis hoc negare videatur Zanger. *De Except. P. 2. C. 16. n. 14.* Prior tamen Opinio in Praxi invaluit, uti præter Carpz. *d. l. testatur Gail. L. 2. Obs. 27. n. 22.*

IX. De Renunciatione Subalterna, uti vocatur, majus dubium est, an in ea sufficiens sit mentis declaratio, indeque valeat? Dicitur autem subalterna, quando certo Generi Beneficiorum renunciatur, ut si Fidejussor Beneficiis Fidejussoriis renunciet, Hering. *De Fidejuss. C. 17. n. 44.* Carpz. *d. l. n. 2.* & hanc ipsam valere putant, Hering. *d. l. n. 45.* Propterea quod sufficiat, si Species privilegii exprimatur secundum suam Speciem, non secundum suam Singularitatem, accedit, quod hic de mente renunciantis satis constare videatur; in Praxi contrarium obtinere testatur Carpz. *d. C. D. 1. Stryk. De Cautel. S. 2. C. 46. §. 20.* Gail. *L. 2. Obs. 27. n. 21.* Ut hinc consultius sit, ad excludenda beneficia fidejussoria Specialem unius alteriusve beneficii renunciationem Generali præmittere. Beneficium autem Cedendarum Actionum nec per expressam renunciationem excluditur, Lauterb. *ad Tit. ff. de Fidejuss. p. m. 1013.* obstat enim Creditori post Solutionem cessionem neganti Exceptio vel Replicatio, *Tuâ non interest.*

IX. De Specialissimæ renunciationis effectu dubium nul-  
lum est: Quibus eadem verbis fiat, exponit Hering. *d. C. 17. n. 49.*  
modò ad mentis declarationem accesserit, *secundo* Personæ ad  
renunciandum Habilitas; Cum enim renunciatio per supra dicta,  
vim donationis habeat, illi demum renunciare, qui & donare  
aut alienare possunt. Quamvis etiam Inhabilitatem personæ per  
Juramentum suppleri existimet Stryk. *S. 1. C. §. 4. arg. Aut b. Sa-  
cramenta Puberum. C. Si advers. Vendit.*

X. In persona autem renunciantis non solum habili-  
tas, quæ potestatem alienandi & hinc renunciandi inferat, re-  
quiritur, sed & ut notitiam Juris, cui renunciandum, habuerit,  
nec enim renunciatio ad ignorata trahitur. Et quamvis Ignoran-  
tia juris non præsumatur, nec regulariter profit: dantur tamen  
personæ, quibus jus ignorare licet, ut sunt Mulieres: *L. II. §. f. C.*  
*De Jur. & Fact. Ignor.* hinc cum his contracturus, nisi postea excep-  
tione non factæ Certiorationis repelli velit, certiorationem  
præmittere debet. Exemplum solenne est in Scto Vellejano,  
quò Intercessiones Mulierum pro aliis in totum reprobantur atq;  
irritæ redduntur: Lauterb. *in Comp. Jur. ad Tit. De Scto Vellej. p.*  
*m. 426* quod extendunt, etiamsi Instrumento intercessionis adje-  
cta sit Clausula Renunciatoria, quia hæc ex Consuetudine potius  
Notarii, quàm certâ scientiâ mulieris adjecta præsumitur. Gail.  
*L. 2. O. 77. n. 3.* Hinc ut Mulier ab Exceptione Scti Vellejani exclu-  
datur, requiritur, ut de Beneficio sibi competente, quid & qua-  
le sit, specificè certiorata renunciaret. Vid. Lauterb. *d. l. p. m. 429* Ne  
autem de Certioratione factâ postea dubitetur, Cautelam suppe-  
ditat Dn. Stryk. *De Cautel. S. 1. C. §. 7.* ut Coram Notario & Testi-  
bus fiat.

XI. Sed annon Certiorationis vicem subeat Juramen-  
tum, non caret controversiâ? De jure Civili, ubi juramentum sequi-  
tur naturam actus, cui adjicitur per *L. §. C. de Legib.* Negativa dubio  
vacare videtur; De jure Canonico magis disputatur, quò omne Ju-  
ramentū, ex quo tertio aut æternæ Saluti non iminet præjudiciū,  
servandum dicitur. *c. 28. ext. De Jurejur.* Negativam amplectitur  
Strauch. *Diff. 14. Tb. 14.* Propterea, quòd juramentum cum judicio  
fieri

fieri debeat, *c. Esi Christus ext. de Jurejurand. indeque ad incogitata non trahatur; Sed Affirmativa comunius placuit, non solum, quia juramentum hoc sine dispendio vitæ æternæ servari potest, sed & quia juramentum communiter effectum certiorationis habere dicitur; Brunnem. in Comm. Pand. ad L. fin. Ad Sctum Vellejan. n. 17. nec obstat supra à Dn. Strauch. d.l. in contrariū allegata ratio, cum mulier, quæ juratō renunciavit, non possit dici de eo non cogitasse, utut specificè de vi Scti non fuerit edocta. Lauterb. d.l. p. 429. Gail. L. 2. O. 77. n. 10. Hahn. ad Tit. ff. Ad Sctum Vellej. n. 9. Hering. de Fidejuss. c. 7. n. 507. Stryk. d. c. 5. §. 8.*

XII. Uti autem renunciatio non trahitur ad incogitata, aut ignorata, ita nec ad futura: Limitat hoc Dn. Stryk. d. c. 5. §. 13. nisi expressè futuris juribus renunciatur; sed hanc Limitationem non indistinctè procedere edocemur (1) Exemplo Exceptionis non numeratæ pecuniæ; Si quis spe futuræ numerationis chirographum dederit, in eoque exceptioni non numeratæ pecuniæ ob non secuturam numerationem sibi competituræ renunciaverit, Renunciatio non excludet exceptionē. Carpz. P. 1. C. 32. Df. 65. Lauterb. ad Tit. de Reb. Credit. in fin. Unde enata Cautela, ut renunciatio ex intervallo in separatâ schedulâ fiat, ita ut fateatur Creditor, se pecuniam in obligatione expressam accepisse, subjectâ renunciatione hujus exceptionis. Lauterb. d.l. ubi tamen juratam renunciationem etiâ in ipsa cautione factâ admittit, secutus Carp. d.l. A qua opinione dissentit. Stryk. S. 1. c. 7. §. II. (2) futuris juribus nec expressè renunciari posse patet ex renunciacionib. hereditatis deferendæ (aliud in delata, quam rectius repudiare dicimur) pacta enim renunciativa hereditatis non valent jure Civili. Hinc filius vivō patre hereditati renuncians, querelam tamen inofficiosi testamenti, eo mortuo, movere non prohibetur, L. 35. §. 1. C. De Inoff. Testam. Jurata tamen renunciatio valet. *c. Quamvis de Pact. in 6. Carpz. p. 2. C. 35 Df. 4.*

XIII. Juramentum autem requiritur Corporale, nec sufficit promissio, *Wey Fürstlichen / Gräfflichen / Adelichen Ehren.* Cum nec aliàs hæc verba sufficiant, ubi juramentum requiritur Corporale, Kellenb. *De Renunc. Success. 23. n. 9.* aut ubi actui invalido

lido confirmando ad jiciuntur. Carpz p. 2. C. 36. D. 9. & p. 2. e. 16. D. 5.

XIV. Non tamen ad renunciacionem Successionis Certioratio requiritur, quam supra exigi dictum. Kellenb. *all. Tr.* Q. 4.

XV. Cum autem renunciatio donationis vicem obtineat: hæc verò donatarii acceptationem requirat, *L. 10. ff. De Donat.* non sufficit de mente renunciantis constare, sed & Acceptatio ejus, in cujus favorem renunciatio facta, requiritur, an autem eadem semper necessaria vid. Stryk. *de Cautel. S. 1. C. 5. §. 11.*

XVI. Ultimò locò noto, vitium seu defectum, qui obstat obligationis validitati, enervare etiam renunciacionem, ubi in hac idem. Sicuti Minores, mentis inopes quando per sua beneficia validè non contrahunt, aut contra Contractus juvantur, istis, etsi renunciaverint, quia eodè defectu id factum, uti non impediuntur, nisi accedat, quod hunc tollat. Sic minor, utut contra Contractum, in quo læsus est, in integrum restituatur, etiam si huic beneficio renunciaverit, si tamen juramentum appositum fuerit, quia hoc defectum ætatis minorennis tollit, dum pro Majore minorem haberi efficit, vid. Strauch. *Diff. 25. 1b. 25.* Contractus valebit per avth. *Sacramenta puberum C. si adv. Vend.*

XVII. Positâ ergo debitâ qualitate juris, quod abdicatur, & potestate personæ abdicantis, unusquisque Favori pro se introducto renunciare potest. De qualitate personæ jam actum fuit: Circa Qualitatem Juris adhuc monendum; non sufficere scientiam in renunciante, aut Jus præsens: potest aliunde renunciacioni accedere prohibitio, quæ oritur, quoties (1) ex causâ & ratione publicæ honestatis juris nostri servandi & non abdicandi necessitas est; ita prohibetur remissio Delicti futuri v. g. ne dolus præstetur. *L. 27. §. 3. & 4. ff. De Pactis.* Tales enim renunciaciones utpote nutritivæ peccati & ad delinquendum invitantes jure improbantur. Pertinet huc Exemplum elegantissimum, si quis renunciet *L. Ede. 3. C. De Locat. Conduct.* ubi proponuntur causæ, ex quibus Conductor etiam ante finitum tempus conductionis expelli à Locatore potest, inter eas autem & illa recensetur, si Conductor re abutatur, etiam moraliter; Hic quidem cauti Conductores Beneficio *d. L. 3.* in specie renunciari curant, sed non sufficit renunciatio, quominus ex causa abusus expelli possit

fit, non obstante renunciatione, ne ad delinquendum invite-  
tur. Stryk. *De Cautel. S. 2. C. 9. §. 17.* Hæc eadem etiam obstat ra-  
tio, quo minus Donationis Revocationi ex causa ingratitude  
renunciari liceat. Stryk. *Tr. d. Caut. Sect. 3. c. 9. §. 7.* Quidam ju-  
rumentum hic operetur, exponit CarpZ. *p. 2. Dec. 121.*

XIIX. Prohibitio (2) oritur, quoties publicè u-  
tile, jus nostrum à nobis retineri, nec eidem renunciari; ita filius  
SCto Macedoniano renunciare prohibetur, quia publicè utile est  
mores juvenum non corrumpi. Ampliatur, etiam si jurata sit re-  
nunciatio. Lauterb. *ad Tit. ff. De SCto. Maced. p. 403.* Sic & Inspecti-  
oni Oculari renunciari non potest, si de Publico, secus ubi de  
Privato agitur interesse. Conf. Dn. Stryck. *Tr. de Jur. Sens. D. I.  
c. 5. n. 16. 17.*

XIX. Prohibetur (3) renunciatio, si contractus. Na-  
turæ repugnet: Ita ex *l. ii. §. 14. ff. D. A. Emi.* Renunciatio Evictionis  
non excludit renunciantem à repetitione pretii, sed tantum à pe-  
titione ejus, quod interest. Stryk. *d. Caut. S. 2. c. 8. §. 47.* Lauterb.  
*ad tit. ff. d. Evid. p. m. 663.* vide tamen CarpZ. *p. 2. c. 34. D. 22.*

XX. Prohibitio (4) oritur ex concurrente jure Tertii;  
Tertii enim jus irrenunciabile. Mynsing. *Cent. 5. Obs. 63. n. 10.*

XXI. Hinc infertur, quod nec Sponsus Sponsæ renunciando præ-  
judicare possit, quod præjudicio confirmat Dn. Stryk. *S. 2. C. 3. §. 9.*  
Nec potest Vasallus in Causis Feudalibus renunciare foro causis feu-  
dalibus destinato in præjudiciū Domini, cum nec in Arbitrū quoad  
has compromittere possit. Stryk. *in Ex. Jur. Feud. c. 25. §. 11. §. 14. q. 21.*

XXII. Omnis renunciatio personalis est, hinc renun-  
ciatio hereditatis à matre facta non nocet Nepotibus ex propriâ  
persona, matre mortuâ, Avo succedentibus, etiam si hoc casu re-  
nunciatio pro se Suisq; heredibus facta. CarpZ. *p. 2. C. 35. Df. 11. 12.*

XXIII. Renunciare tamen potest pater etiam in præ-  
judicium Liberorum Beneficio *L. 8. C. De Rev. Donat.* Strauch. *Disp. 8. th.  
32.* modò liberis salva sit Legitima. CarpZ. *P. 2. C. 12. Df. 33.* Dissentit  
Gail. *L. 1. Obs. 4 n. 13.* Mynsing. *Cent. 5. Obs. 63. n. 9.* ubi *n. 11.* nec Juratam  
renunciationem admittit.

XXIV. Revocationi Donationis Mortis causa renunci-  
ari potest, (quod obiter hic notamus) ut tamen in Donationem  
inter

inter Vivos degeneret. Carpz. *L. 3. Resp. 55. n. 12. § p. 3. C. 1. D. 39.*  
nec nisi nomen retineat. Non tamen nocet Renunciatio, nisi ea à  
Donatario acceptata fuerit, Stryck. *d. Caut. S. 3. c. 9. §. 12.* ubi hoc  
illustrat exemplo Testatoris clausulam derogatoriam testamento  
adiicientis.

XXV. Renunciatio à Notariis subjecta instrumentis  
non præjudicat semper ei, cujus nomine confecta instrumenta  
vid. *supr. ib. 101.*

XXVI. Renunciatio tamen etiam Tertio præjudicat,  
si renuncians Speciali Mandato instructus. Stryck. *S. 1. C. 5. §. 5.*

XXV. Renunciatio principalis non nocet fidejussori.  
Hering. *De Fidejuss. C. 27. p. 5. n. 39.*

XXVII. Renunciari non potest Solennitatibus quæ ad  
Substantiam actus requiruntur. Invalide ergo Insinuationi  
Donationis renunciabitur: an non jurato facta renunciatio  
valeat, Dissentit Stryck. *Tr. d. Cautel. S. 3. c. 9. §. 5.* ubi Affirmati-  
vam defendit, à Carpz. *p. 2. C. 12. D. 14.* qui Negativam putat  
veriozem.


XXVIII. Renunciari tamen potest Solennibus in favo-  
rem Personæ introductis, sic quamvis actus sine autoritate Tu-  
oris gestus nullus sit, valet tamen, si pupillo utilis, quia omissio  
seu renunciatio solennitatis in favorem certæ personæ introdu-  
ctæ actum vitiat, si personæ illi nocivus, secus si commodus sit.  
Brunn. *Exerc. 4. Inst. ad tit. d. Aur. Tut. §. 2.*


XXIX. Renunciatio excludit Querelam, quæ ex *L. 2. C. De Resc. Vend.* datur ad Contractum rescindendum, modò spe-  
cialis fuerit. Lauterb. *ad Tit. De Resc. Vendit. p. m. 560.* Generalis de  
Contractu ob læsionem non rescindendo non sufficit, sed de  
modicâ intelligitur, cum de enormi non præsumatur cogitasse  
renuncians. Carpz. *P. 2. C. 34. Df. 2.*

XXIIX. Tandem notandum etiam Cessione Bonorum  
renunciari valide posse. Stryck. *De Cautel. S. 2. C. 1. §. 29.* ut ut dissent.  
Lauterb. *De Cess. Bonor. p. m. 926.* Eckholt. *cod. §. f.* ubi nec jura-  
tam admittit.

XXX. Ad jura Renunciata non datur regressus Finckelth. *obs. 4. n. 7.*  
Alia quæ hic addi poterant temporis brevitate exclusus omitto,  
aliq; reservo occasione.

S D. G.





fi tamen Speciali renunciationi per  
rit, non omni hæc destituitur effe-  
rissimiliter cogitata, quæq; cum e  
Eadem ferè ratione, quâ, qui præter  
ratione omnes sub clausula gener  
jus clausulæ tenetur, qui cum ex  
de quibus adeò verissimiliter cog

VII. In Praxi recepta Clausula  
*Rechts Regel / die da wil /* quod renun-  
nisi præcesserit Specialis. De cujus  
ratione dubitat Dn. Stryk. *in Tr.*  
enim Specialis præcesserit, frustra  
ctum, quàm generalis renunciat  
Plane, si Generalissimâ factâ renun-  
atur, huic Specialis renunciat  
2. C. 17. D. 5. cum & alias jurame-  
bere dicatur, Stryk. *De Cautel. S. 2.*  
quamvis hoc negare videatur Za-  
Prior tamen Opinio in Praxi inval-  
Gail. L. 2. *Obs. 27. n. 22.*

IX. De Renunciatione Su-  
bium est, an in ea sufficiens sit me-  
at? Dicitur autem subalterna, quæ  
renunciatur, ut si Fidejussor Bene-  
ring. *De Fidejuss. C. 17. n. 44.* Carpz. *d.*  
tant, Hering. *d. l. n. 45.* Propterea  
legii exprimitur secundum suam  
Singularitatem, accedit, quod  
constare videatur; in Praxi  
Carpz. *d. C. D. 1. Stryk. De Cautel. S. 2.*  
Ut hinc consultius sit, ad excluden-  
lem unius alteriusve beneficii renun-  
tere. Beneficium autem Cedenda  
sam renunciationem excluditur, L.  
1013. obstat enim Creditori post.  
Exceptio vel Replicatio, *Tuâ non in*

A 2

teralis" subjecta fue-  
ahetur ad jura ve-  
litudinem habent.  
m casuum enume-  
oit, de illis vi hu-  
tatem habent, &  
is.

incire *der gemeinen*  
neralis non valeat,  
& effectum non sine  
*c. 5. §. 3. in fin.* Sive  
e non, alium effe-  
oi tribuere nequit.  
ramentum subjeci-  
tribuit Carpzov. *p.*  
ertiorationis ha-  
L. 2. O. 77. n. 9. Et  
*pt. P. 2. C. 16. n. 14.*  
Carpz. *d. l. testatur*

vocatur, majus du-  
o, indeque vale-  
neri Beneficiorum  
oriis renunciet, He-  
ipsum valere pu-  
at, si Species privi-  
on secundum suam  
renunciantis satis  
obtinere testatur  
il. L. 2. *Obs. 27. n. 21.*  
idejussoria Specia-  
Generali præmit-  
im nec per expres-  
*ff. de Fidejuss. p. m.*  
essionem neganti

De

